

Ibi: Posteriori vero casu.

60 Lex etiam ubi recepta, consuetudine contraria legitime præscripta abrogatur, l. 6. tit. 2. part. 1. de quibus 32. in fine, ff. de legib. §. Sed naturalia, Inst. de jur. nat. gen. & civ. Salas ubi proxime, Sola num. 38. Pellizzar. in manuali Regular tom. 1. tract. 4. cap. 2. num. 38. Gattier. num. 5. Aug. Barbol. in collectan. ad c. n. r. 10. de consuetud.

61 Hæc autem consuetudo adversus legem juxta frequentiore DD. opinionem de jure civili decennio introducitur; de jure Canonico quadraginta annorum lapsu, l. 5. tit. 2. part. 1. ubi Greg. Lop. glos. 4. Flores de Mena variar. lib. 1. quæst. 1. n. 64. Aug. Barbol. num. 1; ubi plures, & ita in specie quadraginta annos requiri, ut censetur abrogata d. extravagans consuetudo per contrariam consuetudinem, ubi recepta semel fuit, docet Guttier. num. 10. Actus vero, qui ad inducendam consuetudinem desiderantur, quot sint necessarii, secundum veriore sententiam, Judicis arbitrio relinquuntur, qui, perpensis rei circumstantiis, æstimabit, ex quot consensus Principis, & populi præsumi possit, Gregor. Lop. in l. 1. glos. 2. tit. 2. part. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 81. num. 4. qui de magis communi testantur, Moneta de distribut. quotidian. part. 2. q. 11. num. 27. Rota decis. 72. num. 26. part. 2. diverfor. in nov. Pellizzar. num. 384. Circa quod advertas cum Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 24. quod licet unicus actus non sufficiat ad inducendam consuetudinem, hoc fallit, si tractum habuerit successivum per tempus requisitum ad consuetudinem inducendam: accedit Moneta in tract. de option. Canon. cap. 2. quæst. 2. à num. 35. Aug. Barbol. n. 16. Flores de Mena sup. pro quibus facit textus in cap. cum de beneficio, de præbend. in 6.

Ibi: Apud Hispanos dubium est.

Idem repetit Guttier. num. 8. Constat autem in Hispania apud omnes ferè receptam esse præfatam Pauli II. constitutionem quoad nullitatem contractuum qui ibi prohibentur, sed quoad pœnas in contrahentes stabilitas nullibi observari, ut de Archiepiscopatu Toletano testatur Corduba in suis quæstionibus. Theolog. quæst. 103. De Episcopatu Salmanticensi Navar. in manual. cap. 27. num. 150. De toto Regno Lusitano Pat. Molin. disp. 466. num. 10. vers. Cajetanus in summa & ita tenent etiam Pat. Vazq. dub. 7. Cajetan. in summa. verb. ex. communicatio, cap. 75. ad fin. Sarmient. de reddib. Ecclesiasticis. part. 1. c. 2. num. 20. Sylvest. in summa. verb. Alienatio, quæst. 15. Sed Guttier. num. 11. asserit, quod in Ecclesia Civitatis, vulgò Ciudad Rodrigo; ubi Canoniarum obtinuit, locationes rerum ad illam spectantium fiebant ad novennium: qui omnes adnotant standum esse usui cujusque loci, sive consuetudini, quam probare allegans tenetur: Lotter. de re beneficiaria, lib. 3. q. 25. n. 42.

Verf. Sextò, visum est quibusdam.

Videas sup. à num. 3. Ex hoc versiculo junctis, quæ D. Covar. docuit in princip. hujus capituli, videtur sentire, quod Beneficiarius, sive Prælati potest ultra triennium fructus sui beneficii locare (ad quod communiter allegatur) non tamen ad longum tempus, vel ad vitam, nisi dicamus cum Guttier. n. 15. vers. Pro quibus, hic D. Covar. nihil decidere, sed aliorum sententiam referre.

Est ingens inter DD. controversia an sustineantur contractus vetiti in d. extravaganti, Ambitiosa, si cedant evidenter in Ecclesiæ utilitatem, ut videre est apud Hermosill. in l. 4. glos. 7. à n. 3. tit. 5. p. 5. qui pro utraque parte plures refert: & eandem post multos, num. 11. resolvit, valere contractum absque juris solemnitatibus initum, qui de jure absque illis venatur; si hoc expedire Ecclesiæ constiterit: quod itidem placuit Dian. part. 2. tract. 8. resolut. 77. Pellizzar. num. 143. Marefcot. variar. lib. 1. cap. 3. num. 9. ubi de locatione; Vazq. sup. dub. 14. num. 5. cum seqq. Delbene d. cap. 17. arbit. 21. n. 11. qui duo, & quoad forum conscientie differunt.

Ex quibus tenendum est, conducentem absque juris solemnitatibus ultra triennium res Ecclesiæ, non posse à locatione resilire, quamvis ab eadem expelli queat; quoniam

nullitas actus favore alicujus inducta, adversus ipsum à nemine allegari permittitur, & actus jure irritus consistit, si utilis sit ei, cui per nullitatem lex prospicere voluit, l. cum hi 8. §. Eam transactionem. ff. de transactionib. l. si iudex 42. ff. de minorib. l. si duobus 12. 6. ff. de honor. possess. com. tab. l. non eo minus 14. C. de procuratorib. Jal. in l. 2. num. 6. C. de jur. emphyteutic. Cyriac. com. 2. controvers. 303. num. 58. Parlador. different. 12. §. 1. num. 18. Surd. decis. 108. num. 7. Gratian. disceptat. cap. 27. num. 31. Guttier. practicar. lib. 3. quæst. 22. à num. 4. Quod nititur regula text. in cap. quod ob gratiam 61. de reg. jur. in 6. Addit verò Delbene ubi proxime, teneri Ecclesiam ad supplendas solemnitates, quæ in contractu defecerunt; quod adversarius jure postulat, ne in ejus præjudicium perpetuo claudicat, Bonacin. sup. punct. 4. num. 14. vers. Existimo tamen, Guttier. sup. num. 9. vers. Adest tamen.

Libet ultimò antequam hinc abeamus referre, quæ circa locationem bonorum Ecclesiæ Sac. Conc. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 11. sancita sunt, Primum statuitur, quod locationes anticipatis solutionibus factæ, quocunque privilegio non obstante, ad præjudicium successorum non teneant, & quod nec in Romana Curia, nec extra continentur, Secundum, ne liceat jurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominandi, vel deputandi Vicarios in spiritualibus locare, neque conductoribus per se aut per alios exercere, Tertium, ut locationes rerum Ecclesiasticarum, etiam autoritate Apostolica confirmatæ, sint irritæ, quæ à triginta annis citra ad longum tempus, (seu ut in nonnullis partibus ad viginti novem, vel bis viginti annos vocant,) factæ fuerint, ex scilicet, quas Synodus Provincialis, vel ab ea deputandi in damnum Ecclesiæ, & contra Canonicas sanctiones contractas fuisse censerent.

Ad Num. 7.

Quæritur in præfenti nam bona Ecclesiæ immobilia, 66 vel mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt, absque juris solemnitatibus, speciali, vel generali hypothecæ subijcere liceat? Ad ejus resolutionem cum D. Covar. præmittendum est in prohibitione alienationis, quæ favorem alicujus respicit, pignus, vel hypothecam venire, ut tenuit Bart. in l. si fundus, §. 1. n. 3. ff. de pignor. P. Vazq. dub. 8. n. 35. Merlin. de pignorib. lib. 1. q. 4. n. 68. Negulant. eod. tract. part. 3. memb. 1. n. 40. in fine, Delbene ubi proxime, dubit. 1. num. 30. & dubit. 3. num. 6. Cyriac. tom. 2. controvers. 252. num. 35. Pellizzar. sup. tract. 6. cap. 8. num. 25. Hermosill. in d. l. 4. glos. 2. num. 23. Bonacin. sup. num. 23. Guttier. de tutel. part. 2. c. 21. num. 2. Galganet. in siml. tract. lib. 3. q. 45. n. 9. 10.

Ibi: Non sic in stricta, & odiosa.

In materia pœnali, vel aliàs odiosa appellatione alienationis non continetur hypotheca. Sic pœna appolita alienanti rem aliquam, non incurritur, si eam pignori, vel hypothecæ dederit, Molin. de primogen. lib. 1. cap. 20. n. 17. Merlin. sup. num. 16. Fular. de substitutionib. quæst. 703. num. 4. Negulant. sup. part. 2. memb. 2. num. 31. & memb. 3. n. 73. Redoan. de reb. Eccles. quæst. 1. num. 11. Pinell. in l. part. 3. n. 64. C. de bon. matern. Vazq. ubi proxime, Cavalcan. decis. 5. n. 21. 22. licet contrarium senserint aliqui apud Peregrin. de fideicommiss. art. 40. num. 118. ubi ait, communem opinionem non esse omnino tutam. Sed communis sententia verior est, nam etsi lex prohibeat alienationem, & pœnam adijciat; quoad pœnam, verbum, alienatio, hypothecam non continet, etiam in prohibitione favorabiliter tenent ut differ vis legis, quæ punit, à virtute legis, quæ prohibet, legis virtus 7. ff. de legib. Ita non rectè inferitur de una ad alteram, ubi datur diversa ratio, Lotter. sup. n. 14. cum seqq.

Ibi: Vbi in prohibitione alienandi res pupillorum.

Minoris in rebus mobilibus pretiosis, vel immobilibus, 68 pignus, vel hypotheca absque judiciali decreto constitui non potest, l. lex, quatuordecim 22. §. 1. C. de administrat. tutor. Ant. Gom. variar. lib. 2. c. 14. num. 14. vers. Sextò extende, Merlin. dist. lib. 2. quæst. 39. à princip. Pat. Molin. disp. 531. num. 5.

num. 5. Guttier. d. c. 21. in princip. Menoch. de arbit. cas. 432. nu. 10. Gregor. Lop. in l. 4. glos. 2. 3. tit. 5. part. 5. ubi Hermosill. glos. 2. num. 23. qui plures refert, & num. 24. ampliatur in hypotheca generali, sequitur Castill. controversiar. lib. 4. c. 61. n. 37. Gregor. Lop. in d. glos. 2.

Est tamen dubium de jure Regio, num liceat tutori, vel 69 curatori, alienare sive hypothecare bona mobilia pretiosa minorum absque decreto: Nam pars affirmativa adversum jus commune probari videtur, ex l. 8. vers. Otrasi dezimos, tit. 13. part. 5. & l. 18. tit. 16. part. 6. & ita docent Gregor. Lop. etsi dubitet, in d. l. 8. glos. 3. Avendañ. de censib. c. 81. n. 4. in fine, Guttier. sup. num. 3. vers. Ego opinionem, & alij apud Hermosill. in d. l. 4. glos. 3. num. 3. qui rectè, num. 4. contrarium probat, scilicet in ejusmodi rerum alienatione, etiam de jure Regio opus esse decretum: In qua opinione sunt Castill. sup. num. 303. 6. Ant. Gom. num. 11. Lara de vi. bonin. capit. 22. n. 56. P. Molin. ubi proxime, Menchac. de successione. creat. lib. 1. §. 10. n. 72. vers. Decimo octavo.

Bona verò prædicta minorum tacite obligantur absque 70 eo, quod decretum interveniat in eis actibus, ex quibus hypotheca à lege inducitur. Sic minor dotem sine decreto recipit, quamquam ad ejus restitutionem res quoque immobiles obligentur, Merlin. sup. lib. 3. q. 83. à princip. ubi alios casus refert. Cyriac. tom. 1. controvers. 229. num. 45. Sic domum sibi necessariam, absque decreto conducit, & tamen pretiosa mobilia manent pro pensione obligata, si in illam inferantur, Caroc. de locat. rubric. de investit. q. 8. à n. 24. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de locat. resolut. ult. n. 5. Gratian. disceptat. c. 68. n. 5. 6. ubi rationem reddit, quia obligatio intelligitur prohibita per ipsos minores, vel administratores, non per legem, ex qua tacita inducitur hypotheca, & cum interveniat decretum legis, Judicis necesse non est. De alijs, quæ spectant ad obligationem rerum minoris, consule Merlin. d. q. 39. & Guttier. d. cap. 21.

Ibi: Id etiam confirmatur ex eo.

Hac potissimum ratione prohibitus alienare, nequit hypo- 71 thecam constituere, regulare namque est, ut prohibito aliquo, illud etiam vetitum censeatur, per quod ad prohibitum devenitur, l. oratio 16. ff. de sponsalib. Merlin. lib. 2. q. 6. num. 22. Pellizzar. in manual. Regular. tract. 4. cap. 5. num. 391. Fular. sup. quæst. 694. n. 12. Menoch. conf. 205. nu. 16. Delbene d. cap. 17. dubit. 1. num. 32. Rota decis. 480. n. 3. part. 1. diverfor. Olea de cessio. jur. tit. 2. q. 1. n. 49. Ant. Gom. in l. 40. Taur. num. 8; vers. Oblatio facit. Nam si naturam verbi, Alienatio, inspiciamus, nec improprie, nec impropriissime hypothecam complectitur, Læl. Altograd. conf. 3. num. 33. quem refert Merlin. d. q. 42. n. 16. in fine, & sentit Guttier. d. c. 21. n. 8. ad fin. ac deducitur ex cap. nulli, de reb. Eccl.

Ibi: Posterior pars constat.

72 Alienationis verbum, dominij translationem significat, l. 1. §. 1. C. de fund. dotal. l. alienatum 67. ff. de verb. significat. Guttier. n. 7. Ant. Gom. in l. 40. Taur. num. 83. vers. Secundo, non obstat; Aug. Barbol. de appellativa verbor. utriusque jur. significacione, appellat. 1. 4. nu. 1. Brun. à Sole in loc. communib. verb. Alienatio, num. 2. Tusch. lit. A. conc. 257. Matienç. in l. 3. glos. 14. n. 2. tit. 19. lib. 5. Recopilat.

Ibi: Quamvis aliquot rationibus probari possit.

73 Hoc ex ratione paulò superius tradita efficacissime suadet: & ita generaliter verum est, prohibita alienatione, hypothecam quoque, vel pignus prohibitum censeri; nisi aliud de mente prohibentis appareat, ut docent Molin. de primogen. lib. 4. cap. 1. num. 7. Merlin. d. lib. 2. quæst. 6. nu. 18. Lotter. de re beneficiaria, lib. 3. c. 25. nu. 13. Hermosill. in l. 43. glos. 3. num. 15. tit. 5. p. 5. Mantica. de tacit. & ambig. convent. lib. 1. tit. 4. num. 17. Ant. Gom. variar. lib. 1. cap. 12. num. 39. vers. Sed advertendum, ad medium, Menoch. de arbit. cas. 432. num. 9. & conf. 116. numer. 15. Peregrin. sup. d. art. 40. num. 18. Castill. controversiar. lib. 5. cap. 65. n. 33. Guttier. d. cap. 21. n. 6. Bart. in l. in quorum, n. 1. ff. de pignorib. Mieres de majorat. part. 2. quæst. 1. numer. 76. Aug. Barbol. sup. verb.

Alienatio, num. 9. Fular. quæst. 703. per tot. Alphanus, Galganet. de tutel. lib. 3. q. 45. n. 12. quod restringitur ad hypothecam specialem, Menoch. d. cas. 432. n. 13.

Ibi: Ex his profectò constat.

74 Res immobiles Ecclesiæ, vel mobiles pretiosæ, absque juris solemnitatibus obligari nequeunt, tum quia expressim lege prohibetur, tum quoniam aliàs interdicta est earum alienatio: sub qua prohibitione, hypotheca comprehenditur, Ita probant Ant. Gom. in l. 40. Taur. num. 83. vers. Septimo, textus, Pat. Molin. disp. 466. num. 1. Merlin. d. lib. 2. quæst. 85. à princip. Azor. tom. 2. lib. 9. c. 1. quæst. 2. Redoan. sup. quæst. 1. cap. 6. num. 11. Pat. Vazq. dub. 6. Aug. Barbol. de potest. Episcop. part. 1. allegat. 19. num. 85. Pellizzar. sup. num. 25. Quaranta d. verb. Alienatio, nu. 16. Bonacin. d. tract. de alienat. bonor. Ecclesiasticor. disp. 2. quæst. unic. punct. 2. n. 23. Delbene sup. dubit. 1. num. 305. & dubit. 3. à num. 5.

Ibi: Cujus decisionem in hypotheca tantum.

75 Quæstionis est, an in d. extravaganti, solum prohibeatur specialis hypotheca, non verò generalis? Et inagis communiter cum D. Covar. in præfenti tenetur, non censeri generalem comprehensam, quam Prælati in bonis Ecclesiæ absque solemnitate valere constituerent. Sic sentiunt Merlin. num. 7. Pat. Molin. Delbene, & Pellizzar. Redoan. Azor. ubi proxime, August. Barbol. in collectan. ad cap. nulli, num. 5. de reb. Eccles. Filluc. tract. 44. c. 2. nu. 24. Beroi. in d. cap. nulli, num. 8. Alexand. conf. 218. nu. 21. vers. Insuper, lib. 5. Negulant. sup. part. 2. princip. num. 3. Caltr. Palao. tract. 9. disp. unio de reb. Eccles. punct. 14. §. 2. num. 2. Galganet. de tutel. lib. 3. quæst. 45. num. 12. Hermosill. in l. 4. glos. 2. num. 41. tit. 5. part. 5. ubi alij. Quamvis contrarium tueantur Quarant. sup. num. 17. Bonacin. d. nu. 23. Rodrig. quæstion. Regular. quæst. 7. art. 1. Vazq. qui indistinctè loquitur, ubi proxime, & alij non improbabiler, ut faceret Delbene d. dubit. 3. num. 9.

Sed à communi recedendum non est, nam, ut ait Molina, constitutio Pauli I. excipit casus à jure expressos, quamquam absolute hypothecam prohiberit; obligatio autem generalis rerum Ecclesiæ antea non erat vetita, ut constat ex d. cap. nulli, ubi, solum fit mentio hypothecæ specialis, atque ita generalis erat permessa, ut ibi Panormitan. docuit, quare juris correctio vitanda erit: nec novum est, quod leges posteriores per anteriores determinentur, l. idco 27. functa Glossa, ff. de legib. & ita apud Regulares usu receptum esse, testis est Pellizzar. sup. nam in suis contractibus bona Monasteriorum generaliter obligant, nulla interveniente solemnitate. Quod limita, si res tradatur; Merl. num. 15.

76 Ratio hujus sententiæ, quæ hic à D. Covar. & communiter traditur, est, quia per hypothecam specialem magis res afficitur, quam per generalem: quod etsi verum sit quoad aliquos juris effectus, quoad periculum tamen, quod perveniatur ad alienationem, nulla differentia reperitur, quia tantum operatur generalis in suo genere; quantum specialis in sua specie; Merlin. sup. lib. 4. q. 140. num. 12. Socin. Jun. conf. 129. nu. 18. lib. 2. Roland. conf. 62. num. 37. lib. 2. Nec una est potior altera, Flor. de Mena, variar. lib. 1. quæst. 6. num. 32. Gail. practicar. observat. 25. lib. 2. observat. num. 4. Merl. d. lib. 4. q. 2. num. 7. & probatur in l. si generaliter 6. C. qui potior. Qua propter dici potest, idco hypothecam generalem esse permissam, ne juris solemnitates in omnibus contractibus de reb. Ecclesiæ adhibere necesse foret, quod satis onerosum, ac difficile observatum esset, atque Prælatorum potestas maxime coarctaretur; cum enim in instrumentis cujusque obligationis usus in valuerit ad securitatem contrahentium generalem bonorum hypothecam adijcere, ut experientia docet, nullus absque hac cautela vellet circa res Ecclesiæ contrahere; atque ita solemnitates semper requirentur, ut Prælati possent quemcumque contractum insire; per quod administratio bonorum Ecclesiæ impossibilis ferè redderetur, propter quod malum vitandum, cum majus sit, minus sustinetur, nempe res Ecclesiæ periculo alienationis per generalem



neralem hypothecam exponi: juxta regulam text. in l. quo ties nihil 201. ff. de reg. jur.

Ibi: Illud verò prætermittendum non est.

77 Pœna stabilitate adversum alienantes absque solemnitate juris bona Ecclesiæ, non incuruntur, nisi sequuta eorum traditione; sic vendens, aut donans, antequam tradat, immunitis erit; Lotter. sup. d. cap. 25. num. 3. cum seqq. Pellizzar. num. 7. 146. Merlin. d. quest. 85. num. 15. Par. Vazq. dub. 8. n. 3. Navar. conf. 18. de reb. Eccles. non alienand. Delbene sup. dubit. 1. ex num. 39. Ricci. decis. 65. Filiuc. tract. 14. num. 119. Quatant. in summ. Bullar. verb. alienatio. num. 50. Aug. Barb. in collectan. ad extravag. Ambrosia. num. 24. de reb. Eccles. licet Bonacin. d. quest. univ. punct. 5. num. 2. & aliqui alij senserint satis esse, quod contractus prohibitus celebrerit. Sed communis sententia retenta ampliat, quamvis alienans constituat se nomine ejus, in quem res alienatur possidere, quoniam hæc est facta traditio: Menoch. conf. 79. 2. num. 3. quæ ad incurrendam pœnam non sufficit, ut recte explicat Lotter. sup. à num. 8. Guid. Pap. decis. 101. à num. 3. quoniam adhuc actus alienationis imperfectus judicatur.

78 Quoad hypothecam autem specialem, ut propter eam pœnæ non contrahantur, nisi res obligata fuerit tradita, docet Lotter. à num. 15. Merlin. ubi proximè, sed contra sentit Pat. Molin. disp. 466. num. 1. cujus fundamenta non parùm urgent adversus D. Covar. pro quo potest responderi, quod ad incurrendas pœnas obligationem rerum Ecclesiæ prohibitam, necesse est, ut saltem jure pignoris ad creditorem res hypothecata perveniant, ut sentiunt Merlin. d. quest. 85. num. 6. 15. Negulant. de pignorb. part. 2. princip. num. 3. licet non dividendatur, aut distrahantur. Nec obstant illa verba D. Covar. hic: Non enim dicitur res alienata, donec traditio facta fuerit. Quia referri debent ad alienantes, non ad contrahentes hypothecam, etsi de omnibus promissæ egerit.

Ad Num. 8.

79 Res Ecclesiæ etiam in pignus dari prohibentur, ita sentiunt, ac docent omnes laudati sup. num. 74. Quod à fortiore ratione procedit; nam si hypotheca prohibetur, quæ pene obligantem permanet, multò magis interdicendum est pignus, quod in creditorem realiter transit, ut notat Merlin. sup. num. 6. Quam differentiam inter pignus, & hypothecam tradit Ulpianus in l. si rem alienam 9. §. Non tantum, in fine, ff. de pignorat. action. & explicat Merlin. lib. 1. quest. 2. num. 5. Adde Aug. Barb. in collectan. ad l. sancimus 17. n. 7. C. de Sacrosanct. Eccles. ubi plures.

Ibi: Et nihilominus distinguere oportet.

Adde Pat. Vazq. dub. 9. Delbene dubit. 9. in princip. n. 24. Pat. Molin. disp. 468. n. 2.

Ibi: Priores res alienari possunt.

80 Quatuor causæ communiter recensentur, ex quibus res immobiles Ecclesiæ alienari permittuntur. Necessitas ipsius Ecclesiæ, velut res alienum, aut reparatio fabricæ necessaria, quibus alio modo subveniri non possit; nam si beneficiarius, aut Prælatos fructus ex beneficio superfluos habuerit, eos tenetur potius impendere, quam bona Ecclesiastica distrahere; Bonacin. sup. punct. 3. num. 1. vers. Observant tamen, Ricci. decis. 103. vers. Alienari. Delbene ubi proximè, num. 22. 23. Genueul. in prax. Neapolit. cap. 89. num. 4. Tabiena in summ. verb. ali natio, num. 4. atque ita sæpius Rotam decidisse testatur Delbene, num. 23. Rei sterilitas, ut si domus plus propter reparationes consumat, quam reddat. Utilitas Ecclesiæ, nam fundus distrahi poterit, ad alium magis pinguem comparandum, ex qua causa etiam calix, aliave res cultui Domino destinata alienari permittitur, ut melior substituat; Bonacin. cum aliis, vers. Tertia causa est, Delbene num. 3. Ultima causa est pietas, ut si opus fuerit alienatio ad fidem propagandam, captivos

redimendos, & pauperes alendos, ne fame, aliave calamitate pereant. De quibus Delbene dubit. 9. num. 1. cum seqq. Aug. Barbof. sup. allegat. 95. num. 23. cum seqq. Pat. Molin. sup. num. 2. Gregor. Lop. in l. 1. glof. 2. cum seqq. tit. 14. p. 1. Bonacin. sup. num. 1. Rebuff. in compend. de alienat. rer. Eccles. num. 9. Pat. Vazq. dubit. 9. Redoan. de reb. Eccles. non alien rubric. de caus. prompt. quas fiunt alienat. per tot. Less. de just. lib. 2. cap. 24. dub. 11. ex num. 63. Camill. Borell. in summ. decis. tom. 1. tit. 15. de red. Eccles. non alien. num. 2. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 17. 2. num. 8. & licet & licet dist. l. 1. tit. 14. p. 1. sex causas expresserit, omnes ad quatuor traditas reducuntur.

Ibi: Imò & ex summa necessitate.

81 Si causa occurrerit, propterquam alienatio bonorum Ecclesiæ sit necessaria, prius incipiendum est ab eis etiam immobilibus, quæ cultui Divino non deserviunt; & si quæ deserviunt vendi oportuerit, prius quæ consecrata non sunt, alienari debent; Pat. Vazq. sup. num. 36. Pat. Molin. ubi proximè.

82 Nota, licere absque solemnitate per donationem alienare reliquias exiguas Sanctorum, nisi ibi ad perpetuum sepulturam sint conditæ, quæ absque assensu Pontificis extrahi prohibentur: Ita Delbene dubit. 1. num. 53. cum seqq. ubi de stylo Curie servari asserit Ricci. decis. 65. n. 1. 6. Pellizzar. dist. cap. 8. num. 91. Bonacin. punct. 2. num. 31. Dian. part. 4. tract. 4. resolut. 223. & sic fieri posse declaravit Sacra Congregatio, teste Aug. Barbof. in collectan. Bullar. verb. Reliquia, quem refert Delbene sup.

Ibi: Causa verò præcipua.

83 Posse ad subveniendum pauperibus, ut à morte, captivitate, vel alia simili calamitate liberentur, bona Ecclesiæ distrahi, etiam si Divino cultui sint consecrata, docent vitra eos, quorum supra meminimus, num. 80. Benincas. de paupertat. special. 4. in contradi. à num. 19. Velasc. de privileg. pauper. part. 1. quest. 22. num. 41. Boer. decis. 128. n. 3. Buccaron. de different. in judic. civil. & crimin. different. 100. num. 15. Everard. in loc. legalib. loc. à pari, num. 3. Gratian. Falcon. reg. 18. num. 5. Morla in empur. jur. part. 1. tit. 1. de legib. quasi. ult. num. 26. Surd. de aliment. tit. 6. quest. 12. num. 11. Novar. in prax. election. & variar. fori. quest. 44. sect. 2. à num. 5. Aug. Barbof. in collectan. ad cap. aurum: 12. quest. 2. ubi alij, Greg. Lop. in l. 40. glof. 2. tit. 5. part. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 18. n. 30.

84 Hinc Ecclesiæ bona pauperum esse dicantur, c. indignè, 12. quest. 2. cap. ult. 16. quest. 1. cap. quod autem, 23. quest. 7. a. ub. de non alien. aut permut. reb. Ecclesiast. §. Si vero, collat. 2. ubi glof. verb. pauperum. Velasc. sup. quest. 7. num. 29. Gongal. sup. num. 16. & illa eorum mater ob pietatem meritò nuncupatur, Gratian. in cap. 1. §. Potest etiam, 14. q. 2. Greg. Lop. in rubric. tit. 18. p. 1. Velasc. sup. q. 7. n. 31.

Ibi: Non tantum ad alendos proprios parochianos.

85 Propriis tamen prius succurrendum est, quam extraneis, si in æquali necessitate constituti sint, Glof. in c. sicut, 12. q. 2. Greg. Lop. in d. l. glof. 4.

Ibi: Simulacra enim viventia.

86 Ex hoc Gregor. Lop. in d. l. 40. glof. 10. ad med. tit. 5. 85 part. 1. docuit, quod si Ecclesia, & pauperes necessitate premerentur, potuit his, quam illi, cæteris paribus largiendum erit, quia Deus Ecclesiam fecit propter hominem, non autem hominem propter Ecclesiam, juxta illud Machabeor. lib. 2. cap. 5. vers. 19. Verum non propter locum gentem, sed propter gentem locum Deus elegit. Quod verum erit, si pauper aliàs esset periturus, ut idem Gregor. Lop. explicat in d. glof. 2. ubi ait, quod Ecclesia egens, extra casum extremæ necessitatis pauperum, est præferenda.

Ad

Ad Num. 9.

87 Cura plurima sint privilegia paupertati concessa, de quibus per Velasc. in tract. de privileg. pauper. Rebuff. de privileg. Scholar. privileg. 90. Gongal. ad reg. 8. Cancellar. glof. 2. num. 35. Cornel. Benincas. de privileg. paupertat. frequentissimè solet disputari, an illi, quos propria scelerata ad inopiam conduxerunt, illis gaudere possint de quo Velasc. q. 54. per tot. Sic in præsentem quæritur hoc ipsum circa alienationem bonorum Ecclesiæ, quæ ad subveniendum pauperum necessitatis fieri debet; & quod non sit facienda propter eos, qui patrimonio suo sunt abusi, suaderetur ex l. si fidejussor. 7. §. 1. ff. qui satisd. cogantur, l. si ve hereditaria 23. ff. de negot. gest. Glof. ver. ad inopiam, in cap. que in Ecclesiis de constitutionib. Bald. in Authent. res. qua. C. commun. de legat. Matienç. in l. 6. glof. 3. num. 3. tit. 7. lib. 5. Recopilat. Tiraquell. in l. si nunquam verb. bona, num. 5. C. de revocand. donat. And. de Isernia in consuet. Neapol. lib. 1. tit. 33. num. 9. Afflicis ibidem, num. 18. 26. Menoch. conf. 55. n. 12. Rebuff. ad leg. Gallie. tit. de sentent. proces. glof. ult. col. 4. & alii apud Velasc. num. 1. Horat. epistol. lib. 1. epist. ad Lollium. ibi:

Quem sua culpa premet, deceptus omite treri.

88 Ex quibus constat, indignos esse miserorum auxiliis, qui sese delinquendo in egestatem projecerunt, atque ita non esse bona Ecclesiastica distrahenda, ut ipsis succurratur.

89 Sed quòd, etsi culpa sua causam dederint paupertati, non ideo egenis sua privilegia debeant denegari, placet D. Covar. practicar. cap. 6. n. 2. vers. Sed si in paupertatem, Novar. sup. quest. 16. sect. 1. à num. 4. Pat. Barbof. in l. meritum, n. 73. ff. solut. matrim. Sola ad constituit. Sabaudie, tit. de venationib. & piscationib. glof. 2. nu. 3. Melo de induc. debitor. cap. 12. n. 15. 16. Giurba dec. 43. n. 27. Carleval. de judiciis, tom. 1. disp. 2. q. 6. sect. 7. num. 616. & alii, quos cumulat Velasc. d. quest. 54. ex num. 7. Quæ sententia etsi vera regulariter sit, limitatur dupliciter, ut per D. Covar. statim, vers. Secundo, illud. cum seqq. Vide inf. n. 91. 92.

Vers. Contrariam sententiam.

90 Quòd res Ecclesiæ sint alienandæ pro alendis, aut redimendis pauperibus, etiam si proprio vitio, ac crimine bonis careant, docuere Velasc. ubi proximè, Jacob. de Grassis in decision. casuum conscient. part. 1. lib. 2. cap. 96. Carleval. sup. Pat. Vazq. dub. 10. Mexia sup. conc. 1. num. 8. Surd. conf. 367. num. 42. 43. Pro quibus facit, quod de filio prodigo legitur apud Luc. cap. 15. à vers. 11. Ecclesia enim mater est omnium fidelium, maximè pauperum, Gongal. dist. glof. 2. num. 15. & supra dixi, num. 84. cultrixque pietatis, Marefcot. variarum lib. 2. cap. 14. num. 10. Quare etsi filius perperam substantiam propriam absumperit, non ideo ejus misereri non debet.

Vers. Primum ergo fateor.

91 Ne quis fame, aliave calamitate oppressus pereat, bona Ecclesiæ distrahi debent, si aliud ei subveniri non possit, quanquam sua culpa in ea necessitate sit constitutus, l. 40. vers. Mas si accessisse, tit. 5. p. 1. P. Vazq. ubi proximè, Menoch. sup. n. 41. 42. Mexia d. n. 8.

Vers. Secundo, illud adnotandum.

92 Ei, qui consulto propriæ inopiæ causam præstitit, volens fieri pauper, vel ad fraudandos creditores, vel ad privandos liberos legitimam, ob aliavne causam, paupertatis privilegia denegantur, Bald. in l. si quis judicio. ff. Si quis cautionib. Pat. Vazq. d. dub. 10. num. 37. Menoch. num. 39. Velasc. q. 22. num. 42. Joan. Bapt. Marchesan. de commiss. p. 2. de commiss. advocat. casus. §. 2. n. 52. Mexia v. 10. Marc. Mantu. in cap. que in Ecclesiis, num. 64. de constitutionib. Bæza de inop. debitor. cap. 8. num. 15. vers. illud tamen, Sforcia Odd. de restitut. in integ. part. 1. q. 11. art. 10. Gamma decis. 25. num. 2. Benincas. sup. q. 4. princip. n. 42. Pinell. in auth. Nisi tricenale, n. 46. C. de bon. matern. Quod limita, nisi necessitas urgeat, quia illi succurrendum est, ne pereat, Benincas. n. 94. Surd.

de alimen. tit. 7. q. 25. n. 10. 15. Valasc. quest. 54. n. 27. Jacob. de Grassis. sup. d. cap. 96. n. 6. D. Covar. vers. Proximè, Azeved. in l. 1. num. 44. tit. 1. lib. 4. Recopilat.

Vers. Tertio, est in eadem questione.

93 Qui culpa sua etiam non ordinata ad paupertatem incidit in eam, non gaudet privilegiis pauperum in præjudicium Tertii, Cancr. variar. part. 2. cap. 9. num. 48. Sola ubi supra, Pat. Barbof. n. 73. Pat. Vazq. dist. dub. 10. n. 37. vers. Tandem, Mexia n. 10.

94 Illi autem, qui allegat, quemquam propria culpa ad inopiam pervenisse, onus probationis incumbit, sive agendo, sive excipiendo id proponat, argumento l. quovis 18. §. Qui dolo, ff. de probat. Valasc. sup. n. 38.

Ibi: Ex ea deducentes, prohibitum ex causa.

95 De quæstione hac consulat Menoch. sup. fusc agentem, ex n. 41. Velasc. à n. 17. Pinell. sup. vers. Sic in paupertate, P. Vazq. ubi proximè.

Ibi: Et licet Fulgosius in daut. h. res, quæ.

96 Fulgosium contra D. Covar. sequitur Menoch. d. cas. 182. n. 64. 65. nam ex maxima parentum erga liberos charitate præsumitur, ut potius vellet testator fideicommissum extingui, quam illos carceri mancipatos pati.

Vers. Quarto, etsi pium, & licitum.

97 Etiam delinquentibus humanitatis, ac miserationis subfidia sunt exhibenda; licet enim peccata odio sint habenda, homo tamen diligendus est, ac juvandus, cap. odio, 86. distinct. cap. duo ista 35. 23. q. 4. cap. Quamobrem circa medium, ibi: Nec enim Deus hominibus sed vitis irascitur. de penit. dist. 1. Unde ex bonis Ecclesiæ pro sceleribus carceratis alimenta præstari debent, ne fame absumantur; horum enim miserabilium cura etsi Judicibus secularibus sit injecta, l. judices 10. C. de Episcop. audient. l. 3. tit. 24. lib. 4. Recopilat. Guazzin. de defension. reor. defens. 6. cap. 1. num. 15. Bobadill. in Politic. tom. 2. lib. 3. cap. 15. num. 63. maximè ad Prælatos Ecclesiasticos spectat, ut constat ex Concil. Aurelianens. 5. cap. 17. quo sanctè statutum est, quod Archidiaconus, vel Præpositus Ecclesiæ singulis diebus Dominicis carceres adeat, ut necessitatibus pauperum provideat, & quod Episcopus ministrum idoneum præponat, qui ex bonis Ecclesiæ eis omnia ad victum necessaria largiatur. Notat Sandoval de carcere c. 17. Bobadill. sup. num. 108. Monachi quoque in solitudine Africae inhabitantes, ex eo quod operis suis comparabant, carceratis subvenire solebant, Cassian. lib. 10. c. 2. Joan. Diacon. lib. 4. de vit. D. Gregor. cap. 63. & quantum pietatis, ac meritè opus illud importet, fusc ostendit Sandoval. sup. cap. 3. 10. Bobadill. d. num. 63.

Ibi: Non tamen possum mihi persuadere.

98 Res immobiles Ecclesiæ, aut mobiles pretiosæ, quæ servando servari possunt, distrahendæ non sunt, ut qui pro suis sceleribus carceri mancipantur, ab eo liberentur; Pat. Vazq. sup. Redoan. quest. 11. Bonacin. d. punct. 3. n. 1. vers. Secunda causa, Mexia n. 8. Vide contra sup. n. 89.

Ibi: Imò pro redimendis à carceribus his.

99 Adde Mexia ubi proximè. Sed contra mentem DD. hoc esse videtur, qui communiter docent justam causam ad alienanda præfata Ecclesiæ bona, esse libertatem eorum, qui in vinculis publicis detinentur, ut videre est apud Velasc. q. 22. n. 41. ubi plures refert, Joan. Garcia regul. 158. n. 5. & quamvis D. Covar. concedat, licere eam alienationem fieri, cum vel ipse carceratus, vel alii, quibus erat alimenta suis operis exhibiturus, ut uxor, & liberi aliàs fame perirent, hæc causa non respicit libertatem oppressi, sed vitæ consecrationem; nec dici poterit, bona d. vendi,